



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1856

V. Markgraf Otto schenkt dem Kloster zu Spandow mit Zustimmung seiner Söhne Johann, Otto und Albert fünf Hufen Landes im Dorfe Schöneberg, am 3. November 1264.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54728](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54728)

Einſünſten 1261 begabt, laut davon noch vorhandenen Briefes, worin die Zeugen unter andern geweſen Ludwig von Kerſowe und Henr. von der Grobene. Dieſes Hoſpital hat vor der Stadt geſtanden und iſt das S. Geiſt-Hoſpital genannt worden (Brief de 1314).“

V. Markgraf Otto ſchenkt dem Kloſter zu Spandow mit Zuſtimmung ſeiner Söhne Johann, Otto und Albert fünf Hufen Landes im Dorfe Schöneberg, am 3. November 1264.

In nomine ſancte et Indiuidue trinitatis. Nos Otto, Dei gracia Brandenburgienſis Marchio, Omnibus in perpetuum. Sicut dies et tempora indefinenter fluunt et tranſeunt vices ſingulas alternando, ſic ea, que ſub iſtis ſiunt temporibus, decorem memorie ſacillime perderent et vigorem, niſi voce teſtium et ſcripti memoria reciperent munimentum. Ea propter notum facimus tam præſentibus quam poſteris vniuerſis criſti fidelibus, quod ob ſpem eternorum premiorum, Bona et Sincera deliberatione, filiorum noſtrorum Johannis, Ottonis et Alberti adhibito conſenſu vnanimi, Eccleſie ſanctimonialium apud Zpandowe, quam nos piis amplectimur viſceribus karitatis, ſperantes in domino ihesu criſto, quod ibidem domino deo ſamulantes noſtrum apud altiffimum ſupplere debeant imperfectum, Quinque manſos in villa Seonenberch ſitos omni iuris integritate, ſicut nos poſſedimus, Exactione eciam et petitione ſeu Aduocaticio ſeruicio et aliis quibuſcumque ſeruiciis depositis et ſemotis, proprietatis titulo contulimus perpetuo poſſidendos. Et ut noſtra Donacio, ex perfecta noſtra et filiorum noſtrorum liberalitate peracta, abſque omni ambiguitate et contradictione ſeu impulſu friuolo vel maligno Rata et grata plene ac plane futuris temporibus perfeueret, preſentes noſtras litteras, Sigilli noſtri munimine Solidatas, Supradicte Eccleſie in Euidens teſtimonium et Robur validum duximus erogandas. Teſtes huius ſunt: Dominus Johannes de Roſſowe, Conradus de Oſterburch, Gheuehardus de Aluensleue, Olricus de Croghe, Henricus de Thene, Albertus de Grobe Aduocatus in Zpandowe, Henricus de Grobene, Arnoldus de Bredowe, Theodericus de Bornem et alii quam plures. Datum Zpandowe per manum Johannis noſtre Curie Notarii, Anno domini Milleſimo CCº. LXIIIº. Tercio Non. Noembris. Indict. VIIº.

Nach dem Originale des Geh. Staats-Archives.

VI. Heinrich, Biſchof von Brandenburg, incorporirt die unter dem Patronat des Kloſters Spandow ſtehende Pfarre zu Langwitz den Tafelgütern der Nonnen, am 2. April 1265.

Henricus, Dei gratia Brandenburgienſis Epifcopus, omnibus in perpetuum. Quoniam que geruntur in tempore ſuperueniente dierum longitudine ab humana ſolent dilabi memoria, expedit illa de quorum oblivione oriri poſſet conuſio litterarum indiciis eternare. Volumus ergo ad præſentium et futurorum noticiam peruenire, quod nos requiſito noſtri capituli conſenſu pariter et obſento, totam decimam eccleſie in Lanchwitz, ad jus Patronatus eccleſie ancillarum Chriſti ſpe-